Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cuidam feneratori. unus debebat denarios
quingentos. et alius quinquaginta. Non habentibus
autem illis unde redderent. donauit utrisque.
Quis ergo eum plus diligit. Et respondens sy
mon dixit. Estimo quia is cui plus donauit.
Et ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus
ad mulierem. dixit symoni. Vides hanc mulie
rem. Intraui in domum tuam. aquam pedibus meis
non dedisti. hec autem lacrimis rigauit pedes meos.
et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti.
hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari
pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. hec
autem unguento unxit pedes meos. Propter quod
dico tibi. remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit
multum. Cui autem minus dimittitur. minus diligit.
Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ce
perunt qui simul accumbebant dicere intra
se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit
autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit uade
in diebus illis. Sabbato. l. l. leuitici. Vin pace.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Decimo